



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno 561 Usque Ad Annum 633

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1759

VD18 90117832

§.2. S. Gregorii Epistola ad Brunechildem.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66072](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66072)

Sæculum VI.
A. C. 597.

§. II.

S. Gregorii Epistola ad Brun-
childem.

VII. Ind. I.
ep. 5.

Priusquam beata nuncia accepisset S. Gregorius, ampla Epistola ad Brunchildem Reginam data, gratias egerat pro charitatis officiis Augustino, quem jam tunc Episcopum vocat, exhibitus. Hæc Epistola mense Octobri. Indictione prima eodem anno 597. data est, & in eadem de quatuor aliis Articulis agitur. Primo dicit S. Gregorius placere sibi Reginae desiderium, pro Syagrio Episcopo Augustodunensi Pallium expotentis, & addit: *Ipse Imperator in bonam rem consentit, ut mihi Nuncius meus qui apud eum fuit, retulit; sed, quia illud darem, plura obstabant; qui Pallium accepturus venerat, Schismaticorum erroribus implicatus est; nolui, ut istius precibus tuis dari videretur; tandem Syagrius Pallium sibi concedi nunquam petiit, etsi antiqua consuetudine observatum fuerit, ut istud Sacerdotale ornamentum non nisi merentibus & instantissime rogantibus concederetur.* Hic conditiones ad obtinendum Pallium requisitas videmus, videlicet preces instantis, consensum Regis, imo & Imperatoris, quamvis Episcopus impetrans Imperio subjectus non esset. S. Grego-

rius Candidi Presbyteri, Patrimonii in ^{Sæculum VI.}
Gallia Rectoris, curæ commisit, ut om- ^{A.C. 597.}
nia ad conferendum Syagrio Pallium ne-
cessaria ponerentur. Hoc negotium
non prius quam elapso exinde integro
anno confectum est.

Secundus Articulus in Epistola S. Gre- ^{VII. Ind. 2.}
gorii ad Brunechildem ad reprimendas ^{sep. 113.}

Ordinationes Simoniacas tendit. Ter-
tius respicit Schismaticos, qui sub præ-
textu tuendi Concilium Calcedonense
Disciplinæ Ecclesiæ se subtrahere cona-
bantur, *Majorem in propria ignorantia
ponunt fiduciam, inquit, quam in Aucto-
ritate Universalis Ecclesiæ, (*) & qua-
tuor Patriarcharum. Cum vero illum,
quem ad me misisti, interrogarem, cur ab
Ecclesia separatus viveret, fassus est, id
se ipsum ignorare, visusque est mihi nec
illa, quæ ipse affirmabat, nec quæ respon-
debantur, satis capere.* In Articulo quar-
to agitur de Idololatriæ reliquiis tollen-
dis, in Ditione Juvenum Regum adhuc
existentibus; nam multi Christiani Ec-
clesias frequentantes nihilominus etiam
Dæmo-

(*) His S. Gregorii Papæ verbis inest Argu-
mentum, clava Herculeæ fortius, & quo tanquam
gladio acuto omnium illorum, qui se aliquando
ab Ecclesia Romano-Catholica separarunt, ar-
gutiæ solvuntur.

Hist. Eccles. Tom. VIII.

Gg

Sæculum VI. Dæmonibus cultum, victimas Idolis imolando, Arbores venerando, & animalium capita sacrificando exhibebant. Idolorum hi Cultores verisimiliter in Germania frequentiores erant quam in Gallia, quippe Theodeberti Regnum multas Provincias ultra Rhenum positas complectebatur. At nihil cause est, cur miremur vel in Gallia vel in Germania Paganos tunc temporis reperiri, cum non nullas illorum reliquias etiam prope Romam superfuisse in Epistola S. Gregorii ad Agnellum Episcopum Taracinensem eadem Indictione prima mense Aprili anno 598. data legamus. Hortatur Episcopum Papa, ut magna cura perquirat, & severe puniat illos, qui arbores adorabant, aliisque ejusmodi superstitionibus polluebantur, addens, scripsisse se ad Maurum Vicecomitem, ut Episcopum in hoc pio conatu operam adjuvet. Fortasse a vero non aberraret, qui hos Deorum Cultores in Italia ex Gente Longobardorum fuisse crederet.

§. III.

Epistola ad S. Eulogium Alexandrinum.

Sanctus Gregorius acceptis de Conversione Anglorum Epistolis, optatissimum nuncium S. Eulogio Patriarchæ Alexandrinum.